



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 113. Investituræ diploma pro Mediolanensi Ducatu a Cæsare Francisco Sfortiæ concessum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

ticulum, qui Neapolis Beneficia spectaret, nisi saltem ea addatur clausula, ut hac in re juxta usitatum Neapolis Regum Prædecessorum suorum morem procedatur. Cum igitur Papa probe cognosceret, nolle Cæsarem hosce tres articulos ratos habere, vicissim & ipse reliqua acceptare recusabat, proin totum utrinque negotium velut infectum permansit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1525.

§. CXIII.

Investituræ diploma pro Mediolanensi Ducatu a Cæsare Francisco Sfortiæ concessum.

Alius adhuc articulus Cæsaris fidem quodammodo suspectam reddebat; quippe Hurtado Lopesius in Italiam ire jubebatur, ut Italos in Caroli obsequio contineret. Hic idem ad Franciscum Sfortiam pro Mediolani Ducatu inaugurationis diploma deferebat, adjecta tamen conditione, quæ vix impleri posse credebatur; nam vi istius Dux obtrinebatur, ut ad compensandos sumptus, quos Cæsar in tuendo Ducatu impendisset, ducenta aureorum millia penderet, præter alia ejusdem monetæ millia, quæ ob diploma numerare compelleretur. Summa hanc conditionem explendi difficultas non paucis suspicionem ingessit, Cæsarem eo consilio Sfortiam ita onerasse, ut

ut

Sæcul. XVI ut Mediolanum sibi metipſi vindicandi
 A.C. 1525. obtentum conſequeretur.

§. CXIV.

*Piſcarius ad Cæſareos Italia pellendos
 a Morono ſollicitatus.*

Hæc agendi ratio tantopere Hieronymum Moronum Mediolani Cancellarium commovit, ut Franciſcum Sfortiam in hujus Ducatus poſſeſſione firmare, conſtanter animo conſtitueret, & hanc ob rem Cæſareos penitus ex præfata urbe expellere moliretur, qui etiam ſub idem tempus opportune intellexerat, Piſcarium Marchionem Cæſari indignari, eo quod ei Carpienſem Principatum denegaſſet, illumque Veſpaſiano Columbæ dono dediſſet: Hujus igitur iram, averſumque animum in rem ſuam vertere, eumque ad ſua conſilia pertrahere ſtudebat, huncque in finem eundem rogabat, ut patriæ ſuæ, priuſquam ab exteris penitus opprimeretur, vindex ac liberator exiſteret. Præterea eidem exponebat, Sfortiæ nonniſi nudum Ducis nomen relinquere, nec alia, quam ut exercitui Cæſareo ſtipendia numeraret, auctoritate frui, interim tam ipſum quam ejus ſubditos ad extremas redigi anguſtias ob immodicam auri vim, quam Cæſar pro diplomate exigere; inſuper adde-

*Ant. de Ver.
 hiſt. de Charl.
 V. p. 122.*